



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm**

**Vinitor, Gerlacus**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

XXIV. De officio Thuriferarij in Defunctorum absolute & exequijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9459**

dat, quin prius Celebrans illud benedixerit, & idem  
semper apertum illud tenere debet ante Celebrantem  
donec benedixerit.

---

## TITVLVS XXV.

### *De Thuriferarij officio in Defunctorum abso- lutione, & exequijs.*

1. **I**N Missis Defunctorum Thuriferarius non  
portat Thuribulum initio Missæ, sed primo  
procedit suo ordine manibus iunctis, & nudo  
capite.
2. Ad Confessionem genuflexus manet prope  
Credentiam.
3. Ad Orationem seu plures, genuflectit sicut  
Chorus. Si tamen desit Cæremoniarius minist-  
trat librum Subdiacono, & eum comitatur ad  
Epistolam, & eam finitâ post genuflexionem il-  
lum recipit, & ponit super Credentiam.
4. Si distribuendæ sint Candelæ, possit eas  
distribuere in Choro nisi alius id efficiat. Non  
procedit ad Euangelium cum alijs, nisi vices gerat  
Cæremoniarij, quia tunc eos præcedit, & ac-  
cepto in fine Euangelij cantati libro à Subdiacono  
post factam genuflexionem, illum reponit  
super Credentiam.
5. Ad oblata ministrat de more nauiculam &  
Thuribulum, quod incensato Celebrante, reci-  
pit.
6. Post dictum *Sanctus*, à Celebrante, por-  
tans thuribulum & nauiculam ad Altare præce-  
dens Acolythes de more funalia deferentes, ubi  
cum eis genuflectit & accedit ad cornu Episto-  
læ, ibique imposito thure in thuribulum idem  
porri-

porrigit Subdiacono, in eodem cornu genuflexo, ut SS. Sacramentum incenset, ipse verò manet genuflexus in plano.

7. Post elevationem recipit thuribulum cum nauicula quod statim reportat in Sacristiam, vbi curat, vt ignis pro Absolutione non deficiat.

8. Tum redit ad Credentiam, vbi genuflexus manet prout Chorus, vsque ad *Pax Domine* exclusiue.

9. Dum dicitur Euangelium vltimum, vel tempestiuus parat ignem in thuribulo pro Absolutione facienda in fine Missæ.

10. Ad absolutionem defert thuribulum ante Crucem deportandam per Subdiaconum factâ prius Altari genuflexione cum socio suo, portante vas aquæ benedictæ à sinistris eius, & cum peruenit prope caput lecticæ, sinens abire Subdiaconum ad pedes ipsius lecticæ, retro post Celebrantem firmat se à dextris socij sui in parte Epistolæ. Cum cantatur vltimus versus Responsorij *Libera me Domine* facta genuflexione in medio, porrigit Diacono nauiculam stans à dextris eius, & ante Celebrantem cui ministrat thuribulum, vt in illud thus imponat.

11. Deinde recedit ad priorem locum genuflectens prius in medio & facta aspersione Lecticæ à Celebrante thuribulum tradit, factaque incensatione illud recipit. Tum si faciendæ sint exequiæ thuribulum agit aliquantulum ne ignis deficiat pro loco sepulturæ. Dicto per

Cantores, *Requiescant in pace*, ordine quo venerat re-

cedit.

TITVLVS